



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De eruditione christifideliu[m]

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

Quarta petitio

urn:nbn:de:hbz:466:1-30784

DQuarta petitio. **H**ancem nostrum quotidianū da nobis hodie. Hec est q̄rta peti-
tio qua p̄petimus post bonū sp̄i-
rituale bonum corporale. id est necessa-
ria invita presenti quibus valeamus p̄-
uenire ad patriam. Nam per panē om-
nia necessaria intelliguntur. **E**cclasiast.
xxix. Initium vite hominis panis et q̄
Gciendum autem q̄ necessaria corpo-
ris a deo petenda sunt: quia ip̄e dāt es-
cam omni carnī. Psalmis. Oculi omni-
um in te sperant domīe. **H**odus autē
q̄o petere debem⁹ ista tp̄alia nob̄ pul-
chre in ista petitione demonstrat. Nam
hic insinuat: q̄ a nob̄ d̄z tolli oīs cibi
superfluitas. Ideo dicit Panem nost̄
Item om̄is cupiditas et om̄is superflua
sollicitudo. Ideo dicit quotidianū da
nobis hodie. Contra illos qui ad an-
num: immo ad annos plurimos ista pe-
tunt: et cum nimia sollicitudine ista tem-
poralia colligunt: ut ille diues de quo
in euangelio dicitur: qui dixit. Anima
mea habes multa bona in annos pluri-
mos. Et responsum est ei. Scilicet hac
nocte repetent dībaboli animam tuaz a-
te. et ea que congregasti cui manebunt.
Item dicit da: per hoc nob̄ insinuās
q̄ non debes per te recipere: sed a dato-
re oīm. i. a deo hūili⁹ petere. Ille em⁹ p̄-
sercūp̄t q̄ iniuste lucrat⁹: q̄ hoc d̄s sibi
non dat: s̄ p̄sercūp̄t. **N**ō ergo orant
ysurari⁹: fuēs. et ceteri quia om̄ia iniuste
lucrantur. qui dicunt da: cum ip̄i per se
contra deum et salutem propriā talia re-
cipiunt. Item dicit nob̄. per hoc insi-
nuans: ut nullus sibi temporalia appro-
priet. **C**hrysostomus. Om̄ia que dat nob̄
deus: siue orantibus. siue militantibus
non solū nob̄ dat: sed etiā alijs dat per
nos. ut cū de eo accipim⁹ a dō per etib⁹
partē faciam⁹. **A**n etiā bīnus Aug⁹. de
verbis dñi k̄mone. 42. Demeo vtiq̄ q̄
ro ait chrl̄. da mihi⁹ reddā tibi. Ha-
būst me largitorem: fac me debitorem

Pauca mihi⁹ das pluraytiq̄ tibi reddā
Terrena mihi⁹ das: celesti artiq̄ reddā
Tp̄alia das: et eīna restituā: immo me
metip̄m etiā tibi restituā. **S**ed oī hac
petione nomine panis spiritualē panez
petim⁹. id est sacramētum eucharistie.
quod est robur anime et medicina ipsam
muniens. cibās et confortans in via pre-
sentis vite contra omnes spirituales de-
fectus. **U**nde Joannis. vi. christ⁹ ait.
Ego sum panis viuus qui de celo de-
scendi: si quis manducauerit ex hoc pa-
ne. viuet in eternū. **U**nde sanct⁹ Tho-
mas de aquino. Panis qui petitur. d̄s
est: qui est cibus angelorum. refectio be-
atorum qui ī celo datur: et in terra come-
ditur. Quo sancte quis v̄sus fuerit mor-
tem in eternū non gustabit. **U**nd etiā
am Chrysostomus. Panis vite christ⁹
est: hunc autem dari nob̄ quotidie po-
stulamus: ne qui in christo sumus: et eu-
charistiam quotidie accipim⁹ impe-
diente aliquo graui delicto dum a cele-
sti pane prohibemur. a christi corpore se-
paremūr

QQuinta petitio. **D**imitte nob̄ debita nostra: si-
cut et nos dimittimus debitorū
bus nostris. Hec est quinta pe-
titio: in qua petimus remissionem om̄i-
num peccatorum nostrorum in deum:
in proximos: et in nosmetip̄sos. **Q**ue
ritur quare christus dixit: dimitte nob̄
debita nostra et non peccata nostra: Re-
spondeo fīm Henricum de firmaria.
q̄ christus melius dixit. dimitte nob̄
debita nostra: q̄ si dixisset. dimitte no-
bis peccata nostra. **N**ā plus petimus
dicendo dimitte nob̄ debita nostra. q̄
si diceremus. dimitte nob̄ peccata no-
stra. **N**ā in primo petimus dimitti nob̄
tā culpā q̄ penā quā tenemur exoluere
p̄ peccatis nostris. **O**d nō fieret in scđo. s.
dicendo peccā: q̄ peccā q̄nq̄ dimitit q̄n-
tum ad culpā: et tū remanet reat⁹ q̄ntū
ad penā.